



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 4. Ex testimoniis SS. Patrum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

Testimonia Sanctorum,

Caput IV.

OMNES sacri Doctores vpanimi mente & corde is
hanc conspirant veritatem, quod vita he prælag-
um & indicium mortis, & quemque quis ducat vitam, u-
lam quoque sortiatur mortem. Verum ad fugiendam
prolixitatem, quatuor solos adducam: duos Gracos,
S. Basilium & S. Chrysostomum; duos Launos, S. Augu-
stinum & S. Gregorium.

S. Basil. in
Hom.

Et ut exordiar à S. Basilio, peccatum ad mortem usq;
à conscientia deportatum appellat hic S. Doctor plagam
incurabilem & insanabilem: *Affectus incurabilis, qui
affectus inueteratus*, quasi in naturam conuerius, iuxta
Nabum. 3. dictum Prophetæ: *Pessima plaga tua*, manifestum mi-
seræ mortis quasi præludium. Distinguit quoque san-
ctus Doctor duas species pœnitentia: altera est promo-
tus ad peccatum, & hæc est mala, est que eorum, qui dis-
serunt pœnitentiam, & ad mortem usque prolongant;
alætra exigens lapsum, & è statu peccati educens, & hæc
est bona, estque verè pœnitentium propria, qui in vita
pœnitentiam agunt, & subito à peccato resurgunt. Up-
dè quempiam hortatur ad amplexandam pœnitentiam

Idem in ad-
monitione
ad filium
Spiritualē.
In epist. 2. silius.

præproperam & expeditam, & ad fugiendam pœnitentia-
tiā tardam: *Qui enim hic pœnituerit, in nouissimo dono
pœnitibit.* Culpat igitur & vituperat sanctus Basilios
seram ac tardam pœnitentiam, ad extreum usque vita
terminum dilatam, propter magnum, quod secum con-
fert, salutis periculum: quia non est pœnitentia pec-
cati, sed pœnitentia pœnitentia, nimirum, quod in vi-
ta, vti pat erat, non pœnituerit. Huc usque sanctus Ba-

ad Cor. **A**ccedat nunc S. Chrysostomus, ita monens in qua-
Hom. 22. dam Homelia: *Nè moreris conuerti ad Dominum, nè dif-
feras de die in diem.* Et huius rationem reddit: *Pericu-
ad Theodo, lumen enim, & meritis in differendo: salus vero certa & le-
lapsum. cura, si nulla sit dilatio.* Distinguit sanctus Doctor
pecca-

peccatorem à duratione, quā in peccato perseverat, &
hoc tecum, inquit, grauius est. Deoque valde odibile: quia peccasse humanum perdurasse diabolicum. *Quid Tom. I. H. 5.*
in peccato magis impium? In peccato stare. *Quid petus i. de pœni-*
in casu; lacere in eo, & non se erigere. Et peccatores non tent.
dolendo magis Deum prouocant, quam peccando. Hæc
doctrina est sancti Apostoli Pauli: Non apprehendat vos i. Cor. 10.
tentatio nisi humana. Vult dicere Apostolus: quod si
Angelus esse nequeas, nō sentiendo peccatum; sed te ha-
beas vi homo, peccata consentiendo, noli esse Dæmonis
instar, perseverando & viviendo in peccato: quia si Dæ-
moni similis fueris in culpa, similis quoque eris in
pœna. Verum si progrederis, & interruges D. Chry-
stomum, quā de causa adeo impium & diabolicum est
perseverare in peccato? & quare obtinet eis mors
adeo infasta & periculosa? Respondebit, quia et tem- *Hom. cit.*
pore erunt veluti mancipia & servi Sathanæ propri-
orum peccatorum vinculis & catenis colligati, custodem
habentes infestissimum Mundi amorem & carnis, qui cru-
delissimi instar tyraanni eos possidebit, iisque dominabi-
tur, quousque eos præcipites agat in æterna mortis sup-
plicia. Prosequitur S. Chrysostomus & summoperè
obstupescit, non deesse peccatores adeo insensatos, or-
batosque cerebro, qui non nisi, quod vident, credunt,
audientque dicere: Interim fruor præsentibus, & tunc de *Hom. 46.*
incertis considerabo, adhuc tempus erit in morte de bonis
futuri & incertis instituere meditationem: Hodiernum
mibi concede, & sume tu crastinum. O dementie excess-
sui! O inauditam vesaniam! & quid ab hircu & suibus
istud dicentes differunt? Quid dicitis? suntne ea incerta,
quæ de futura vita sparguntur; Et ego respondeo, quod
sunt visibilibus certiora: quia in visibilibus sensus deci-
pi possunt; at anima fidei illustrata lumine in veritate
sacra Scriptura minimè errare & decipi potest. Dices,
Num de cœlis aliquis venit, & dixit, quod Deus est, quis
tunda creavit; Non descendit, nec homo, nec Ange-
lus (quibus fidei infallibili haud crederetur) Sed descendit
Angelorum Dominus, qui omnia diligenter nunciauit, &
proprio ore nos docuit & declarauit sanctæ nostræ fidei
mysteria, & in particulari, quod gehennam parauit ma-
lis, &

JOYSTI
DERETI
m. II
O VI

lis, & Regnum æternæ gloriae constituit pro bonis. Et hæc de testimonio D. Chrysostomi, ad D. Augustinum transitum faciamus.

**S. Aug. To.
1o. in
Matth. ser.
23.** Sanctus Augustinus pluribus in locis operum suorum, more solito, pertractat egregie hanc materiam. Ac primò docet, quodnam sit tempus pœnitentiae, quo, nimurum, in bona valetudine, nō autem in agone cōstituit sumus: Non fallaciter dittum est: pulsate, & operit uobis. Sed modò, quando tempus est misericordia, quando adhuc sani & incolores sumus, non quando tempus est iudicij & iustitiae, quod est tempus mortis. Et adhuc exemplum de Virginibus fatuis, quibus nihil profuit se rata pœnitentia, propterea Christus Dominus terribilem hanc & tremendam dedit eis sententiam: Ne ego vos improbo vos, reprobo vos, quod est idem dicere: declaro vos hostes meos, contra vos æternæ dampnacions fulmino sententiam. Quapropter Vigilate, quia nemici dñe, Matth. 25, neque horam. Semper vigilare debemus, prepatantes nos in vita ad bonam mortem; modus autem iste est: Corde

S. Aug. vigila, fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila. Custodia tuę cordis tui in vigilia, in fide ambula, exercet actus spei, in Charitate Dei vige, & bonis semper occupare operibus. O quam perniciosa est Peccatorum spes tempore vitæ! ait idem sanctus Doctor: Spes, quae **Tom. 9 in
Iohann. art. 33** conducit ad desperationem: Inter spem & desperationem fluctuant peccatores, inter spem in vita, & desperationem in morte. Dicunt in vita: Bonus est Deus, misericors est Deus: faciam quod mihi placet, quodlibet, laxabo hancas cupiditatibus meis. At quando infelices isti constituti erint in agone, mutabunt mentem & hancam: dicunt intras: Non datur deinceps locus veniae: tot & tantæ sunt peccata nostra, & absque dubio ad damnationem destinatis sumus, damndandi sumus. Metuendum igitur, nè se occidat spes, cum mul. um speras de misericordia. Metuendum rursum, nè se occidat desperatio, cum putasti hi non ignosci, quæ grauia commisisti. In hac D. Augustini doctrina considera; quanta inter spem Justorum & spem Peccatorum existat differentia: illa est ad vitam, quia adiunciam habet pœnitentiam & dolorem de peccatis: hæc est ad mortem, quia eam comitatur impunitia & afflictus ad peccatum. Spera igitur, charissime; ac

Spera bene; spera bonam ducens vitam, spera bona exer-
tens opera; haec enim est vera illa spes, qua non confun-
det in morte; & non spera peccando, & male vivendo;
haec enim spes falsa est, quia te in ultimam deducet rui-
nam & desperationem tempore mortis. In qua (quis id
crederet) miser dicet Peccator; Despero, quia desperavi;
hunc me vanus pes mea reduxit: quia Dei misericordia in
vita abusus sum, iusto Dei indicio nulla mibi superstes
spes. In maiorem veritatis huius confirmationem addu-
cit S. Augustinus exemplum de quodam seruo, qui Do-
mino suo diceret: quamdiu in florida iuventutis etate
vixeris, hostibus & nimicis tuis seruiam; ast quando se-
necuitis consilium attigeris, ad tuum redibo seruitium
& obsequium. Quid responderet ei Dominus? Profecto
id non permitteret. Quod ergo non vis pati a Seruo tuo,
non est in sum, ut facias Domino tuo. Haec est Dæmonis
intentione, ut preueniat in electione temporis, & pro se in-
uentum capiat, sic enim & sibi subiugabit senectutem: Anton.
Demon ait: da mihi presentia; Deo futura: mihi iuuen Melissæ p.
tutem. Deo senectutem: mihi voluptates, illi corpus inutile. 1. Serm. a-
pud Cornel. O astutiam! O imposturam & fraudem vere diaboli-
cam! optimè sanctus malignus ille spiritus, vitium in Gen. 6. 25
iuventutis conservari quoque in senectute: prauumque ha-
bitum in vita acquisitum perseverare quoque in morte,
ac Deum neque ab eo acceptare senectutem, a quo non
habuit iuventutem.

Hæc astutia & fraus, inquit D. Augustinus plurimis
extremam attulit perniciem & ruinam: considerate
iguer, cum sufficiat bonum propositum de futuro; fa-
ciam, dicam, me convertam, suscipiam sanctissima Sa-
cramenta; at non modo: in senectute, in infirmitate,
quando Mondo exaturatus fuero: ipsa res est: quia Aug. de
multes occidit, cum dicunt cras, cras, & subiuv ostium clau- verbis Dœ.
datur Divinis misericordiæ. Et remansit foris cum voce Serm. 27.
coruina, quia non habuit gemitum columbinum. q. d Pec-
cator excludetur & foris remanebit tanquam coruus in
fern, non tanquam columba Paradisi: quia procrastinan-
do conversionem suam coru habuit cantu, non columbae
placitum, subito agendo penitentiam in vita. Et hæc
deau-

S. Aug. ser.
1. de peni-
tenti. 10. 10.

CHYSII
DERETI
m. II
O V

de authoritate D. Augustini, qui efficaciter nos instruit.
Accende lucernam ante cenebras, ut nos pernitentia illu-
stremur lumine, priusquam mortis aduentant teo-
bræ: etenim non est bona spes ea, quæ est occasio
peccandi; sed spes coniuncta cum bona vita & cum pra-
paratione ad bonam Mortem saluat: non enim coru-
sed columba cœli ingrediuntur arcum. Transiumpa-
remus ad D. Gregorium.

S. Greg.

Hom. 12.

Item tom.

i in I. Reg.

a. 15. lib. 6.

S. Greg.

Hom. 12.

Isa. 55.

Præfatorum Patrum opinioni subscrabit D. Gregorius, & mortis profert sententiam contra eum, qui in vita non se disponit ad mortem: Qui tempus congrua pa-
tientia perdidit, frustra ante Regni ianuam cum precibus
venis. Idque probat, quia qui nolunt contiri, cùm pif-
sunt: postea, si volunt, non possunt, quia perfectè velle non
possunt, quod est necessarium ad conuersationem; sed
imperfectionum & inefficax habent velle, quod potius est
vana quædam velleitas, quam vera voluntas. Et hac
est commixatio illa adeò terribilis, quam fulminat Al-
tissimus per os Isaiae Prophetæ: Tunc inuocabunt me,
non exaudiām. Tunc, quando aquis, ut dicitur, collo
tenus immersi conspicuntur, quando à Mondo repulsi
& reieicti, capti à Morte, oppressi à Dæmons: tunc, quan-
do Mondo deinceps inservire nequeunt, à diuitiis deca-
liti, sensus delitiis & voluptatibus destituti, volunta-
conuertere, Deo seruite cupiunt: tunc, inquit Deus,
non exaudiām, obturabo aures, sordidus ero, preces eo-
rum non exaudiām: dicam, non est tempus amplius,
tempus misericordiæ præterit, nunc aduenit tempus
iudicii, tempus iudicandi peccata commissa, ea que, pro-
vt promouere, castigandi. O casum terribilem &
miserabilem! Quid tibi, miser, proderit, quod magnus ex-
citeris in Mondo, abundans diuitiis, ad honores exalta-
tus, cuæcū mundanis pastus delitus & voluptibus,
quando, vt prosequitur idem Gregorius, lumen tuum in
die est, obscuritas in vespere? Totum id, quod in vita
habuisti, splendoris, obturabitur in morte. Per te tota
Mundi clauitudo & serenitas obscurabitur, obscurabitur
comitatus pompa, nitor nobilitatis, splendor naturæ, ob-
scurabitur per te cœlum, obscurabitur Gratia, ipse meus,
Deus obscurabitur. O lumen! O obscuritas! ● Lumen,
quod

quod vnicō p̄teriisti momento! ò obscuritas, que in
eternū durabis! ò lumen, quod non nisi ad offendendū
Deum vñi mihi fāsti! ò obscuritas, quæ per
totam eternitatem serenissimō Dei yultu me priuabis?
Quamobrem concludit sanctus Gregorius: si tibi est
animus tam grāe euadendi periculum, procura, ut fuga
tua non fiat in hyeme, vel Sabbatho, quemadmodū
etiam consulit Christus D. N. nē mors tua accedat fri-
gido peccati tempore, & in Sabbatho, quando Judæis
inerari prohibitum erat. Prætereā Ista Redemptoris
admonitio ante mentis oculos semper ponenda, Vigilate,
non decipiatis vos inimicus vester: Horam tui exitus sem-
per intendo: nulla enim secura est, & a periculo mor-
tis libera. Ideoque in omnibus studebis esse dispositus
ad mortem. Et hīc Authoritatibus Sanctorum finis
imposito, procedamus ad rationes.

Matt. 24:8

Rationes.

Cap. V.

Si non sufficiant authoritates Dei, Christi, & Sancto-
rum Patrum; saltem humana obstinationem con-
vincant efficacissima argumenta & rationes evidētissi-
mae; quæ hanc persuadent veritatem. Sunt autem sea-
quentes.

Prima, ex parte Dei, quia conuersio peccatoris non
est opus Naturæ, sed Gratiae: Principium in conuersio-
ne peccatoris est ipsa operatio Det., iuxta Prophetæ eloqui-
um: Converte nos Domine ad te, & conuerteremur. q. d. Da Threnet.
nobis, Domine, sanctam tuam Gratiam ad conuersio-
nem necessariam, & conuerteremur. Unde definit Con-
cilium Tridentinum, quod ad mutationem cordis hu-
mani à peccato ad gratiam requiritur inspiratio Spiritus Trid. 3.8.
S. Tho. 3.8.
sancti excitantis & adiuuantis peccatorem, ut se conuer-
terat. Hanc Gratiam excitante & adiuuante Deus peccatori Suárez de
magone constituto iustissimè denegat; idque in penā, pénitentia
quod in vita non egerit pénitentiam. Enimvero com-
munis Theologorum doctrina est, Deum punire vnum
Tomus posterior C peccati

COYSTI
DEREI
VII
O V.